Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



68

Byssus in aegypto quā maxime nascitur
ex qua contexti est tyri e nauis uelū
quod suspenditur malo. & operimentū illius
quod in solis calore atq; tranquillo nauis
atque uectoribus praebet. Umbraculū.
de hyacintho & purpura fit. quae sunt de
insulis elisa ionii maris. sicappellantur insu
las. porro iuxta septuaginta de byrsso in
stratū & in requiem tyriae nauis uela ātā
texuntur. ut his operta gloriosior sit &
circūdata amictū habeat pulchriorem.
byssū autē referri ad terrā. quia ex terra
oritur. & iacintū ad aerem. purpurā ad
mare ex quo conficitur addito coccino
bistincto. quibus pontificis uestimēta tex
untur. sepe admonuimus quod quattuor
elemēta significet terram ignem aerem.
& aquas. ex quibus constant omnia quae sibi
adsumit tyrus. ut dī creaturis nūtatur
cū gratia seddicat. perfecti decoris ego
sum uel decorē mihi ipsa circūdedi.
habitatores sidonis & aradii fuerunt
remiges tui. sapientes tui tyre fabri sunt